



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 Chirurgiae officium, in sacris constitutis est prohibitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

licet, quod probari non possit, & homicida stat in negativa; tunc Ordinarius, si causa in iudicium deducatur, poterit ipsam diffinitivè absolvere: quia in foro fori secundum acta, & probata est iudicandum gl. in cap. 1. in ver. secundum, de officio. ord. sed in foro conscientie di-

40 Tertius casus est quando quis commisit homicidium ad sui defensionem, & homicidium est penitus occultum, ita quod ad forum poenitentiale recurrit tantum pro absolutione in foro interiori, & tunc creditur poenitenti, & non est irregularis; ut distinguit etiam gloss. in dicto. clem. unic. in verb. non valens, de homicid. & Gregor. Sayr. in dict. cap. 17. numer. 10 lib. 6.

41 Homicidium ¶ voluntarium injustum irregularitatem inducit: quod procedit, siue committatur in personam Christiani, siue cuiuscunque hominis pagani, judæi, excommunicati, siue banniti, ut de pagano est text. in capitulo clericum, & capitulo de hi clericis, 50. dist. & de excommunicato, in capitulo excommunicatorum, 23. qu. 5. & Gregor. Sayr. in eodem Thesaur. cas. consc. lib. 7. c. 1. nu. 4. par. 1. cum alijs supra, nu. 26. allegatis.

42 Injustum ¶ homicidium, ex quo irregularitas contrahitur, est duplex, voluntarium, aut casuale, ut in diffinitione, de qua per Navar. dict. c. 27. numer. 219. eandemque irregularitatem inducit homicidium casuale, dando operam rei illicitæ

perpetratum, Navar. in eodem capitulo numer. 222. vers. quinto insertur, per text. in cap. dilectu, & cap. ex litteris, 1. de homicid. à contrario sensu inductum, & Gregor. Sayr. eodem lib. 7. cap. 5. numer. 30 in fin.

43 Secus ¶ tamen pro homicidio casuali, rem necessariam, & utilem agendo, commisso, ut in c. ex litteris, 2. §. quo circa, eod. titul. tunc enim sequitur homicidium sine peccato mortali.

Et irregularitas non incurritur, quæ primò casu incurritur pro peccato mortali, ut per Navar. dict. c. 27. numer. 252. vers. octavo, & Greg. Sayr. dict. lib. 7. c. 5. numer. 5 ubi testatur hanc esse veriolem, & communio-rem opinionem.

44 Irregularitatem ¶ incurrit etiam clerici, & monachi chirurgiæ, vel medicinæ operam dantes, si inde sequatur homicidium.

45 Quia ¶ clericis in sacris ordinibus constitutis prohibitum est officium chirurgiæ cum adustione, vel incisione, cap. sententiam sanguinis, ne cler. vel mon. quæ poena extenditur etiam ad constitutos in minoribus ordinibus, si sunt beneficiati, & monachi, Abb. in eodem cap. sententiam, numer. 21.

47 Ut medicus ¶ non teneatur de morte infirmi, tria præcipue sunt necessaria; unum, ut sit peritus in arte; alterum, ut adhibeat omnem diligentiam secundum artis præscripta; tertium, quod admoneat infirmum, ut præcaveat ab ijs, quæ sibi sunt nocumento futura, cap. tuanos, & ibi Abb. numer. 3. de homicid. Covarr. in clem. unic. par. 2. §. 4. numer. 2. & Greg. Sayr. Thesaur. cas. consc. lib. 7. c. 6. numer. 8.